Miſsarum V. vocum, liber I.

SELECTIORES QVAEDAM MISSAE, PRO ECCLESIA DEI NON INVTILES, nunc primùm in lucem datæ ac correctæ

ab Authore

JACOBO HÄNDL.

LIBRI **TENOR.** TERTII

PRAGÆ

Ex Officina Typographica Georgii Nigrini.

ANNO M. D. LXXX.

ADMODVM REVERENDO IN CHRISTO PATRI DOMINO. D. CASPARO,

ABBATI ZABRDOVICENSI AC SYLOENSI DIGNISSIMO, &c.

PATRONO SVO PLVRIMVM HONORANDO.

S. D.

SINGVLARIS IN MVSICAM ANIMVS, VIR VEnerande, & ſumma erga me voluntas tua, non verbis (quod penè eſt omnium) ſignificata, ſed re ipſa (quod paucorum eſt) perſæpè probata, neſcio quam à me curam requirit, cùm prouidendi vt quàm gratiſsimus cognoſcerer, tùm cauendi ne vnius ſordidi cōtēptoris aut callidi diſsimulatoris improbitate violata fides lāgueſcat. Quā ego cōſcientię vrgentis tacitam vocem etſi ſerò ſecutus ſum, nunquam tamen abieci, imo verò alui & occultaui tantiſper dum paruorum conatuum ſpes non fortunæ calore, ſed prouidentiſsimi DEI ſubſidio prouecta in aliquam tandem frugem emergeret. Huius iam partem decerptā REVERENDISS. Olomūcenſi noſtro Antiſtiti obtuli, tibi alterā mitto : quę ſi fortè (quod valdè metuo) crudior uidebitur, oro ne continuò reſpuas, ſed vt tibi quidem addictiſsimæ at nondum ſatis excoctæ adoleſcentiæ primos fructus liba; Scis enim quæ guſtatu peracerba ſunt, non-
nunquam

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004577_04

nunquam colore & odore ſenſum tenere, donec amici complexu maturata dulceſcant. Magnũ tibi cum hoc exercitationis genere negotiũ ſemper & honeſtum fuit, mirificus in Muſicos ſenſus & inclinatio; quod ego ijs diebus quibus & tecũ cõmoratus & à te liberaliter acceptus ſum perſpexi, plurimi nôrunt, familia loquitur, quæ Muſicæ ignarum neſcit. Hoc tuæ prudentię eſt, qua non tã quæris quod aures ad horulam vanè mulceat, quàm vnde præpotentis DEI domus niteat, cultus accreſcat, maieſtas illuſtretur. Neq; te Græcorum (puto) ardor penè ſuperſtitioſius tantũ cõmouit, quibus Themiſtocles indoctior viſus quod in epulis Lyrã, ſcilicet, recuſaſſet, apud quos Muſici floruerunt, diſcebantq; omnes, quod qui neſciebat, excultus doctrina minus credebatur: Non (inquam) horum exemplum tanti apud te valet, vt non vehementius commoueâre illa ſapientis voce aduerſus omnes Muſicæ æmulos intenta, Non impedias Muſicam. Huic tu monenti ſic pares, vt quod ille impediri vetat, tu etiam omni cura augeas. Quare Pater & Patrone obſeruandiſsime, accipe hanc non obligationem nouorum ſed veterum tuorum in me meritorum teſtificationem, nam ne illius in me nota militis adhæreſcat, cui quod erga hoſpitem ingratus fuiſſet, Macedo Philippus inuri has literas iuſsit, Ingratus hoſpes, tua officia non ſolum non negabo, ſed & meminero & prædicabo ſemper. Pragæ die omnibus Sanctis ſacro. ANNO 1580.

Reueren: Tuæ

obſeruantiſs

Iacobus Händl,
Gallus vocatus
Carniolanus.

Diſcantus primus.

MISSA V. VOCVM

Super, Adeſto dolori meo: &c.



© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004577_04

Tenor primus.

MISSA V. VOCVM

Super, Tranſeunte Domino: &c.



Altus.

MISSA V. VOCVM

Super, Jm Mayen: ꝛc.

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija

CC BY-NC-ND 4.0

https://doi.org/10.3986/9790709004577_04

Diſcantus Secundus.

MISSA V. VOCVM

Super, Jch ſtund an einem morgen/ꝛc.



© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004577_04